

utique modicum ualde scilicet hoc solum quod (17) TENUIS FAMA
 SUPERSTES SIGNAT INANE NOMEN ideo inane quia illi quorum est
 nomen non sunt PAUCULIS LITTERIS scilicet ^c scriptis in epitaphiis
 eorum. (19) SED QUOD NOVIMUS DECORA VOCABULA, (20) ^{NOVEM} ~~NON~~ DATUR
 id est conceditur (ESSE) CONSUMPTOS quasi diceret sic: unde hec
 nomina scripta non dant immortalitatem sed potius mortis
 commemoracionem. (23) QUOD SI PUTATIS LONGIUS VITAM TRAHI AURA
 id est fama NOMINIS MORTALIS, (25) CUM SERA DIES id est ultima
 dies ECIAM NOBIS HOC RAPIET quia necessario talis fama aliquando
 cessabit (26) IAM VOS id est apud uos MANET MORS SECUNDA quia
 scilicet tunc prima mors fuit in cessacione uite naturalis per
 separacionem anime a corpore. Si autem fama nominis manentis post
 talem mortem sit quedam uita, cum cessabit hec fama cessabit ista
 uita et eueniet uobis mors secunda.²⁵

[II p 8]

SED NE ME prosa octaua in qua Philosophia postquam ostendit
 bona Fortune non multum appetenda, ostendit¹ quod bonum est in
 Fortuna. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit cuiusmodi bonum²
 est Fortuna.² Secundo occasione cuiusdam dicti ponit quandam

 24 num JD non PPeGOM / 25 mors secunda secunda J /

1 ostendit PeGMD dicit PJO om. R / 2 bonum est fortuna PPeGOM est
 in fortuna J esse in fortuna D om. R /

SCIRE?

U 21-22
 out?

commendacionem amoris et amicicie metro octauo ibi QUOD MUNDUS.
 Circa primum duo facit. Primo enim dicit quod est aliquod bonum
 in Fortuna et magis in Fortuna aduersa quam ~~in~~ prospera.³
 Secundo hoc probat comparando effectus Fortune aduerse cum effectibus
 prospere ibi (8) ILLA ENIM SEMPER. Dicit ergo sic⁴ continuando:
 O⁵ Boeci, iam ex omni parte apparet tibi Fortunam esse contempnendam
 per ea que dixi (1) SED NE ME GERERE BELLUM INEXORABIL^E id est
 implacabile CONTRA FORTUNAM PUTES, EST ALIQUANDO id est contingit
 aliquando CUM IPSA BENE MEREATUR DE HOMINIBUS eo quod aliquod bonum
 euenit hominibus per eam TUNC SCILICET CUM SE APERIT scilicet
 manifestando suam fallibilitatem CUM FRONTIEM DETEGIT MORESQUE
 SUOS PROFITETUR. Dum enim latet uel occultat se blandicia
 prosperitatis decipit homines et quasi apercius que dicta sunt
 exponens adiungit (5) NONDUM FORTE QUE LOQUOR INTELLIGIS. MIRUM
 EST QUOD DICERE GESTIO id est cupio EOQUE id est et ideo SENTENCIAM
 VERBIS VIX EXPLICARE QUEO. (7) ETENIM REOR id est opinor ADVERSAM
 FORTUNAM PLUS PRODESSE HOMINIBUS QUAM PROSPERAM. Deinde cum dicit
 (8) ILLA ENIM SEMPER probat aduersam Fortunam plus prodesse
 hominibus quam prosperam comparando adinuicem condiciones et
 effectus utriusque dicens ILLA ENIM scilicet prospera CUM VIDETUR
 BLANDA SPECIE FELICITATIS id est prosperitatis SEMPER MENTITUR
 pretendit enim bonitatem quam non habet ut patet ex supra dictis

 3 in prospera JR prospera POD / 4 sic continuado o MOD continuando
 o J sic continuando R continuando sic o PPeG /

unde et homines de ea confidentes⁵ decipit HEC scilicet aduersa
 SEMPER VERA EST CUM MUTACIONE DEMONSTRAT SE INSTABILEM ostendit
 enim⁶ se talem⁶ qualis est et ita per eam non decipiuntur homines.

(11) ILLA scilicet prospera FALLIT scilicet in ea confidentes
 ISTA scilicet aduersa INSTRUIT scilicet per suam mutabilitatem
 ostendendo quod non est confidendum in ea ILLA scilicet prospera
 LIGAT scilicet fallendo MENTES FRUENCIUM scilicet hominum SPECIE
 BONORUM MENDACIUM quia⁷ pretendunt bonitatem quam non habent HEC
 scilicet aduersa ABSOLUIT scilicet mentes hominum ab affectione
 nimia temporalium COGNICIONE⁸ FRAGILIS scilicet transitorie
 FELICITATIS. (13) ITAQUE ILLAM id est prosperam VIDEAS VENTOSAM
 id est superbam FLUENTEM scilicet luxuria SUIQUE SEMPER IGNARAM
 qui enim ~~semper~~⁹ in prosperitate est non cognoscit se ipsum, unde
 Seneca libro primo dicit semper uero esse felicem et sine morsu
 animi transire uitam ignorare est rerum nature alteram partem.
 Miserum te iudico quod numquam fuisti miser; transisti sine
 aduersario uitam. Nemo sciet quid poteris ne tu quidem ipse.
 Opus est ad noticiam sui experimento; quod quis posset nisi
 temptando non didicit. (15) HANC scilicet aduersam SOBRIAM
 SUCCINCTAMQUE¹⁰ quia tollit impedimenta uirtutis cuiusmodi est

a Prov. Iiv, c. 1

 5 confidentes RPO confitentes J / 6 enim se talem RDM se talem PPeGO
 enim talem J / 7 quia in ras. J / 8 gōnē J / 9 qui enim semper
 in JD qui enim in RPeGO qui enim (est semper in) M qui tantum in P /
 10 succinctamque (-amque in ras. ? 0) OD succinctam RPJ /

affluencia diuiciarum unde Seneca libro primo ad Serenum dicit
 de Democrito: ¹¹ Democritus proiecit onus illas bone mentis
 existimans ET PRUDENTEM EXERCITACIONE IPSIUS ADVERSITATIS. (16)
 POSTREMO FELIX id est prospera fortuna TRAHIT BLANDICIIS DEVIOS
 A VERO BONO, ADVERSA PLERUMQUE RETRAHIT UNCO REDUCE id est
 alleccione retrahente ¹² AD VERA BONA cuiusmodi sunt bona animi
 quibus homo non numquam prosperitate nimia abducitur. Nec tantum
 hec bona que dixi facit aduersa fortuna, sed eciam preter hoc
 facit unum bonum quod ualde est apreciandum de quo subiungit
 dicens (18) AN PUTAS ESTIMANDUM INTER MINIMA BONA HOC QUOD HEC
 ASPERA FORTUNA HEC HORRIBILIS DETEXIT TIBI MENTES FIDELIUM
 AMICORUM ? quasi diceret non; immo de maximis bonis est. (21) HEC
 scilicet aspera SECREVIT TIBI VULTUS CERTOS SODALIVM AMBIGUOSQUE
 id est docuit discernere inter amicos ueros et fictos et quomodo
 hoc fecit subiungit (22) DISCEDENS scilicet a te prosperitas SUOS
 scilicet sodales id est qui tibi erant amici et sodales non
 propter te sed propter prosperitatem tuam ex qua utilitatem
 consequi poterant ABSTULIT TUOS scilicet sodales id est qui erant
 amici tui non propter tua sed propter te RELIQUIT ? (23) QUANTI
 id est quam care HOC EMISSES INTEGER id est quando eras in
 integritate fortune tue UT TIBI VIDEBARIS FORTUNATUS quia tunc

xv. Lucil. vi c. 2.

 11 democrito RPO de metrico J / 12 retrahente RPO retrahende J /

uidebatur Boecio¹³ quod felix et fortunatus fuerat quasi diceret: pro maximo precio hoc emisses. (24) NUNC ET AMISSAS OPES QUERERE¹⁴ id est plange: yronia est quasi diceret non debes plangere amissas opes quia meliores inuenisti unde subdit QUOD PRECIOSISSIMUM GENUS DIVICIARUM EST AMICOS scilicet ueros INVENISTI. Qui enim prius inter falsos amicos latebant iam discreti et inuenti sunt.

[II m 8]

QUOD MUNDUS metrum octauum et ultimum huius secundi¹ quod dicitur gliconium de quo habitum est supra libro primo metro sexto. Quia dixerat supra Philosophia quod preciosissimum genus diuiciarum sunt amici, occasione huius in hoc metro commendat amorem et primo amorem diuinum ostendens quomodo per ipsum conciliatur² mundana concordia, secundo amorem hominum docens quomodo per ipsum conciliatur humana amicicia ibi (22) HIC SANCTO. Dicit ergo primo (14) AMOR REGENS TERRAS AC PELAGUS ET IMPERITANS CELO id est amor diuinus quo producit et regit creaturas (13) LIGAT HANC SERIEM id est concordiam rerum (1) QUOD MUNDUS STABILI FIDE id est certo federe (2) VARIAT VICES CONCORDES scilicet

 13 boecio RPO boecius J / 14 desine ante querere s.s. J /

1 huius secundi OM huius (~~hi⁹~~) libri (1.) R om. PG libri secundi J
 huius libri secundi D / 2 conciliatur RPO consiliatur J /